

Astenſis Eccleſiæ Firmus nomine, firmior volunta-
te. Nam cum ab eo quaeretur homo iuſſu impe-
ratoris per apparitores ab eo miſſos, quem ad ſe con-
ſugientem diligentia quanta poterat occultabat, re-
ſpondit quaerentibus, nec mentiri ſe poſſe, nec homi-
nem prodere, paſſuſque multa tormenta corporis,
nondum enim erant imperatores Chriſtiani, perman-
ſit in ſententia. Deinde ad imperatorem ductus, vſ-
que adeo mirabilis apparuit, vt ipſi homini quem ſer-
uabat, indulgentiam ſine vlla difficultate impetra-
ret. Quid hoc fieri poteſt fortius atque conſtantius?
Sed ait quiſquam timidior, Paratus eſſe poſſum ad
quaelibet ferenda tormenta, vel etiam mortem ſub-
eundam ne peccem. Cum autem peccatum non ſit
ita mentiri, vt neque cuiquam obſis, neque falſum te-
ſtimonium dicas, & proſis alicui: ſtultum eſt & gra-
ue peccatum, voluntaria fruſtra ſuſtinere tormenta,
& fortaliſſi vtilem ſalutem, ac vitam incaſſum ſa-
uentibus proicere. A quo quaero, cur timeat quod
ſcriptum eſt, Falſum teſtimonium non dices: & non
timeat quod à deo dictum eſt, Perdes omnes qui lo-
quuntur mendacium? Non, inquit, ſcriptum eſt. Om-
ne mendacium: ſed ita intellico, ac ſi ſit ſcriptum,
Perdes omnes qui loquuntur falſum teſtimonium.

Leuit. 20
Plal. 5.

B At nec ibi dictum eſt, Omne falſum teſtimonium.
Sed ibi poſitum eſt, inquit, vbi cætera quæ omnimo-
do mala ſunt. Num & illud quod ibi eſt, Non occi-
des? Quod ſi omnimodo malum eſt, quomodo ab
hoc crimine excuſabuntur iuſti, qui poſt legem da-
tam multos occiderunt? Sed reſpondetur, quod non
iple occidat qui iuſti alicuius præcepti miniſter eſt.
Horum ego timorem ſic accipio, vt tamen illum lau-
dabilem virum, qui nec mentiri voluit, nec homi-
nem prodere, & melius arbitrer intellexiſſe quod ſcri-
ptum eſt, & intellectum fortiter impleviſſe. Sed veni-
tur aliquando ad huiusmodi articulum, vt non in-
terrogemur vbi ſit ille qui quaeritur, neque cogamur
vt eum prodamus, ſi fococultigo eſt, vt inueniri fa-
cile niſi proditus nequeat: ſed quaeritur à nobis vtrū
illo loco ſit, an non ſit. Vbi ſi eſſe ſcimus, tacendo
eum prodimus: vel etiam dicendo nequaquam nos
eſſe dicturos, vtrum ibi ſit, an non ſit. Ex hoc enim
colligit ille qui quaerit, ibi cum eſſe: vbi ſi non eſſet,
nihil aliud ab eo qui mentiri nollet, nec hominem
prodere, niſi eum non ibi eſſe reſponderetur. Ita per
noſtram vel taciturnitatem vel talia verba homo pro-
ditur, vt intret qui quaerit ſi poteſtatem habet & in-
ueniat eum: qui tamen ab eius inuentione menda-
cio noſtro poſſet auerti. Quapropter ſi neſcis vbi ſit,
nulla eſt cauſa occultandæ veritatis, ſed te neſcire ſa-
tendum eſt. Si autem ſcis vbi ſit, ſiue ibi ſit vbi quaeritur,
ſiue alibi: non eſt dicendum cum quaeritum fue-
rit, vtrum ibi ſit, an non ſit. Non dico quod quaeris:
ſed dicendum, Scio vbi ſit, ſed nunquam monſtra-
bo. Nam ſi de vno loco, non reſpondeas, & te non eſſe
proditurum fatearis, tale eſt, ac ſi eundem locum di-
gito oſtendas. Mouetur enim certa ſuſpicio. Si au-
tem primo fatearis te ſcire vbi ſit, ſed non dicere, po-
teſt forte ab illo loco inquiſitor auerti, & tibi iam
incumbere, vt vbi eſt, à te prodatur. Pro qua fide
atque humanitate quicquid fortiter tuſeris, non ſo-
lum non culpabile, ſed etiam laudabile iudicatur: ex-
ceptis duntaxat his, quæ ſi paſſus fuerit homo, non
fortiter ſed impudice ac turpiter pati dicitur. Hoc eſt
enim vltimum mendacium, de quo diligentius tracta-
dum eſt.

Mendacio
rum gene
ra. Caput
XIII.
Nam primum extat euitandum capi-
ſtrina religionis: ad quod mendacium nulla cõditio-
ne quiſquam debet adduci. Secundum autem vt ali-
quem lædat iniuſte: quod tale eſt, vt & nulli proſit, &
obſit alicui. Tertium quod ita prodeſt alteri, vt obſit
alteri, quanuis non ad immunditiam obſit corporalem.

Quartum quod ſit ſola mentiendi fallendique libi-
dine, quod merum mendacium eſt. Quintum quod ſit
placendi cupiditate de ſuauloquo. His omnibus pe-
nitus euitatis atque reiectis, ſequitur ſextum genus
quod & nulli obest, & prodeſt alicui | velut ſi quiſpiam
pecuniam alicuius tollendâ, ſciens vbi ſit neſcire ſe me-
tiatur | quocumque interrogante. Septimum, quod &
nulli obest, & prodeſt alicui, | velut ſi nolens hominẽ
ad mortem queſitum prodere, mentiatur: nõ ſolum iu-
ſtum atque innocentem, ſed & reum, quia Chriſtianæ
diſciplinæ ſit: vt neque de cuiuſquã correptione deſpere-
tur, neque cuiquam poenitendi aditus intercludatur. |
De quibus duobus generibus quæ ſolent habere ma-
gnam controuerſiã, latius tractauimus: & quid nobis
placere oſtendimus, vt ſuſcipiendis incommoditati-
bus, quæ honeſte ac fortiter tolerantur, hæc quoque ge-
nera deuentur à fortibus & fidelibus & veracibus vi-
ris ac foeminis. Octauum eſt genus mendacii, quod
& nulli obest, & ad hoc prodeſt, vt ab immundicia cor-
porali aliquem tuteatur, duntaxat ea quam ſuperius
cõmemorauimus. Nam etiã non lotis manibus man-
ducare, immunditiam putabant Iudæi. Aut ſi & hæc
quiſquam immunditiam vocat, non tamen talem,
pro qua euitanda mentiendum ſit. Si autem menda-
cium tale eſt, quod alicui faciat iniuriam, etiam ſi ab
hac immunditia, quam omnes homines abhorrent
ac deteſtantur, munit hominem, vtrum & hoc ge-
nere mentiendum ſit, ſi talis fiat iniuria per menda-
cium, quæ non ſit in eo genere immunditiæ, de quo
nunc agimus, alia quaeritio eſt, Non enim iam de
mendacio quaeritur, ſed quaeritur vtrum alicui facien-
tia ſit iniuria etiam in nõ per mendacium, vt illa ab
altero immunditia depellatur. Quod nullo modo pu-
tauerim: quanquam proponantur leiſſimæ iniuriæ,
ſicut eſt illa quam de vno modio amiſſo ſupra coram
memorauimus, & multum perturbat, vtrum non debea-
mus facere cuiquam vel talem iniuriam, ſi ea poteſt
alius ne ſtuprum patiarur defendi aut muniti. Sed,
vt dixi, alia quaeritio eſt.

Nunc illud quod **Mendacii**
inſtituimus peragamus. Vtrum mentiendum ſit, **citra iniu-**
etiam ſi inenitabilis conditio proponatur, vt aut hoc **riam. Ca.**
faciamus, aut ſtuprum patiamur, vel aliquam **XV.**
crabilem inquinacionem, etiam ſi mentiendo nulli fa-
ciamus iniuriam. De qua re patebit aliquis conſide-
rationi locus, ſi prius diuinas authoritates, quæ men-
dacium prohibent, diligenter diſcutiamus. Si enim
ipſæ nullum dant locum, fruſtra quaerimus quæ ex-
eamus. Tenendum eſt enim omnimodo præceptum
dei & voluntas dei, in ijs quæ tenendo præceptum
eius paſſi fuerimus æquo animo ſequenda: ſi autem
relaxatur aliquis exitus, non eſt in tali cauſa reculan-
dum mendacium. Propterea diuinæ ſcripturæ non
ſolum præcepta dei continent, ſed etiam vitam mo-
resque iuſtorum: vt ſi forte occultum eſt quemadmo-
dum accipiendum ſit quod præcipitur, in factis iuſto-
rum intelligatur. Exceptis itaque hiſ factis, quæ po-
teſt quiſque ad allegoricam ſignificationem refer-
re, quanuis geſta eſſe nemo ambigat, ſicuti ſunt fe-
re omnia in libris veteris teſtamenti. Quis enim ibi
aliquid audeat affirmare non pertinere ad figura-
tiam prænunciacionem? Quippe cum Apoſtolus
etiam filios Abraham, quos vtique naturali ordine
propagandi populi editos eſſe atque vixiſſe facillime
dicitur: non enim monſtra & prodigia nata ſunt,
vt ad ſignificationem aliquam ducant animam: duo
tamen teſtamenta ſignificare aſſerat: & beneficium
illud mirabile, quod deus populo Iſrael præſtitit ad
eruendos eos de ſeruitute, qua in Egipto premeban-
tur, poenãque vindictæ cum in itinere peccabant,
in figura contigiſſe dicat: quæ facta inuenies, quibus
iſtam regulam deroges, & affirmare præſumas ad
figuram aliquam non eſſe redigenda? His ergo

a v exceptis,